

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Omnia Divini Platonis Opera**

**Plato**

**Venetiis, M.D.LVI**

Hipparchus, vel, de luri cupiditate, vel, studio lucrandi

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](#)

# PLATONIS HIPPAR

## CHVS, VEL, DE LVCRI CVPI DITATE, VEL, STVUDIO LVCRANDI.

MARSILI FICINI  
ARGUMENT.



ROPOSITVM Platonis in Hipparcho est, docere nos, omnes homines bonum appetere, cum & illi qui propter avaritiam aberrarent, bonum appetant. Illi siquidem lucrificupi sunt, lucrum vtile est, vtile vero bonum: bonum itaque cupiunt. Etenim lucrum damno contrarium: damnum vero cum obfit, malum: malo igitur contrarium. Contrarii malo, bonum: lucrum ergo bonum. Quamobrem cum illi etiam, qui ab appetitu boni declinare videntur, bonum cupiant, nihil tam repugnat quo minus oes homines bonum appetant. Bonum aut duplex. Unum finis. Ad finem alterum. Illud propter seipsum, hoc propter aliud expetendum, illius appetitus voluntas, huius electio. Illud venerandum, hoc vtile. Illo fruimur, hoc vtimur. Illius adeptio beatitudine, huius lucrum vocatur. Lucrum igitur est boni vtilis accutio: quod ad venerandum boni consecutionem conducere potest. Quod vero ad hoc non consert, nec ipsum vtile est, nec eius adeptio lucrum. Landanda igitur lucri cupiditas, que omnibus naturae mest. Vituperanda autem opinio falsa, que dum quod reuera vtile & lucrum est, ignorat, appetitum naturae ad adversa retrorquet. Hec omnia Plato latenter docet, dum Socrates definitiones falsas, quas Hipparchus de lucri cupiditate refert & inducendo & ratiocinando refutat. Vtitur autem Plato hac propositione. Omnes homines bonum appetunt, tanquam manifesta, ad concludendum quod oes natura lucrum appetunt, quodque hoc appetitio naturae laudanda est. Hec autem est conclusio quam modo quodam directo Socrates tribus argumentandi modis infert, id est, exemplo, inductione, ratiocinatione. Sed modo quodam conuerso ex omnibus hac disputatione per argumentationem à minori colligimus propositionem illam maxime confirmatam, Omnes scilicet homines bonum appetunt, que huius libri finis ultimus est, cum primus finis sit ostendere, omnes lucrificupi esse, neque id esse vituperandum.

SOCRATES. HIPPARCHVS.



VIDNAM lucri cupiditas est? & qui sunt lucrificupi? HIP. Mihi quidem videntur qui lucrandū putant ex rebus nulla estimatione dignis. SOC. Videntur ne tibi scire, quod nullius p̄cū sint, an ignorare? si nesciunt, amentes lucrificupidos vocas. HIP.

At non amentes voto, sed calidos atque improbos, & vicos lucro, consciens nullius esse precū, è quibus lucru captant, & tamen lucrantes per impudentiam. SOC. Num huiuscmodi lucrificupidū vocas? Veluti si agricola plantas cognoscens, nullius precū plantā esse, dignā tamen putet qua lucretur, talēmne vocas? HIP. Unde quō Socrates lucrificupidus querendū cēset. SOC. Ne ita temere verba effundas, veluti alicui ob acceptā iniuria iratus, sed in me potius attentus responde, ac si à principio rursus interrogare. Consentio lucrificupidū cognoscere quanti sit unde lucrandū putat? HIP. Consentio. SOC. Quis est qui circa plantarū dignitatē nouit, quare \* Dignum, gione, quo tempore plantare & dignū sit, vt et nos aliquid tāquam sapientū uerborū, quibus elegantes isti causidici abundat, sectatum no in mediū afferamus? HIP. Agricola arbitror. SOC. Nū dignū lucro vocas aliud quām lucrandū esse existimare? HIP. Idipsum. SOC. Ne me conceris decipere uirū iam se-

nē, iuuenis, respondens, quemadmodū nunc, quæ ipse minime sentis: sed quām verissime restōde. Num agricultoram eū iudices, qui quam indignā plantatione plantam scit, ex ea lucrandū putat? HIP. Non per iouem. SOC. Equitē pterea uirum, si nouit nullius precū pabulū quod equo præbet, an ignorare censes equū iri perditum? HIP. Nequam. SOC. Non igitur putat ex hmoī pabulo esse lucrum. HIP. Minime. SOC. Gubernatorem vero qui temone ac uelis nulla estimatione nauē munierit, ignorare cēses quod dāno afficiatur, & in periculū ueniat, ne et ipsa nauis & quæcumque in nauī sunt, perdantur? HIP. Non certe ignorat. SOC. Haud igitur putat se ex istiusmodi nullius precū instrumentis lucraturū. HIP. Minime. SOC. Item belli dux exercitū uilibus armis nixum uidens, nū speret dignūme putet ex his affectare lucrum? HIP. Minime. SOC. Eodem modo si tibicen tibiam, citharædus cithara, sagittarius arcum, & ut breui complectar, artifex, & rei cuiusvis peritus quisq; organa, ac reliquā apparatus nullius precū habeat, putetne ex his aliquando se lucraturū? HIP. Non, ut apparet. SOC. Quos itaq; lucrificupidos nuncupas? neq; n.eos quos suprà retulimus, qui è rebus nulla rone dignis oportere lucrari rentur. HIP. Atqui hoc modo mirāde vir, quo tu vis, nullus hoīum lucri cupidus sit. At ego eos lucrificupidos esse dicā, qui propter inexplibilem auditatem minima & uilissima quæq; & nullius precū debinc mirū in modum sitiunt, & in his etiam lucru querunt. SOC. Non tamen oī uir optime discernunt nullius ista precū esse. Huc n.eos adegit, ut impossibile dicceremus. HIP. Mibi sane videtur.

SOC. Si non cognoscunt, ignorant igitur: opinantur ta Confutatio.

men, quæ nullius precū sunt, multi facienda esse. HIP.

Apparet. SOC. Lucrificupidi nonne lucru cupiunt? HIP.

Profecto. SOC. Lucrum vero dāno contrarium? HIP.

Est. SOC. Est'ne bonum cuiquā dāno affici? HIP.

Non mini. SOC. Malum aut? HIP. Proorsus. SOC. Læduntur itaq; dāno hoīes? HIP. Læduntur. SOC. Malū igitur dānum? HIP. Malum SOC. Contrarium dāno lucrum? HIP.

Certe. SOC. Bonū igitur amantes lucrificupidos nuncupas? HIP.

Videtur. SOC. Non insanos quidem oī amice lucrificupidos dicas. Sed tu ipse vtrum amas quod bonum est, an non amas? HIP.

Amo equidem. SOC. An est bonum quicquam quod non afficit, sed malum? HIP.

Non per iouem. SOC. At forsitan omnia bona afficitas? HIP.

Omnia. SOC. Interrogā insuper & me vtrum & ipse, bona equidem amare me confitebor: sed præter me acte,

nōnne reliqui mortales omnes amant bona, mala oderunt? HIP.

Videntur. SOC. Lucrum autem nonne bonum esse confessi sumus? HIP.

Nempe. SOC. Omnes igitur lucrificupidi videntur hoc modo: quo vero prius

diximus, nullus lucrificupidus eset. Vtra igitur istarum rationum sequenda potius, ne erremus?

HIP. Si quis oī Socrates recte lucrificupidum de-

Tertia de- finiat, cum puto lucricupidum arbitrabitur, qui hū stu-  
dīo falsa det & lucrum ex his quārendum sibi putat, ex quibus  
boni viri lucrari nunquam instituant. s.o.c. At non vi-  
des quod paulo antē inter nos cōuenit, lucrari s.eſſe uti-  
litate affici? H.I.P. Quid tunc? s.o.c. Quia & in hoc cō-  
rationibus. Cōſutatio à sensim, bonum omnes semper velle. H.I.P. Conſetiſ ſumus. s.o.c. Nōnne & boni viri lucrum omne expetunt,  
ſi quidem omne lucrum bonum eſt? H.I.P. Non tamen ea  
lucra quibus lādi poſſint. s.o.c. Lādi vocas dānum pa-  
ti, an aliud quipiam? H.I.P. Nil aliud quām dānum.  
s.o.c. Lucrōne dānum patiuntur homines, an dāmo  
potius? H.I.P. Vt trisque. etenim & dāmo, & lucro tur-  
pi, dāmo afficiuntur. s.o.c. Num tibi videtur aliquid  
utile ac bonum turpe existere? H.I.P. Minime. s.o.c. Nō  
ne paulo antē conceſsimus, lucrum dāmo malo exiſten-  
ti, contrarium eſſe? H.I.P. Fateor. s.o.c. Et cum ſit  
malo contrarium, eſſe bonum? H.I.P. Conceſsimus.  
s.o.c. Vides igitur vt me conere decipere, ex iudicia  
contraria his afferens, quae ſuprā conſetiſ ſumus. H.I.P.  
Non per ſouem, o Socrates: ſed econtra, tu me decipis,  
ac nescio quomodo diſputans ſurſum deorsumq; omnia con-  
uerſis. s.o.c. Bona verba quādo. Neque enim reclē face-  
rem, niſi viro bono & ſapienti parerem. H.I.P. Cuīna?

Hipparch. Hipparch. aut quid hoc tandem? s.o.c. Conciui meo & tuo etiam  
Pisistrati. Pisistrati Philædonici filio, ſiliorum Pisistra-  
ti natu maximo & ſapientiſimo, qui cum alia multa  
præclarā ſapientiæ exempla edidit, & Homeri etiam  
libros in hanc vrbem primus inuexit, & recitatores im-  
pulit, vt ludis publicis referrent ordines, quod uſque  
ad hāc etiam tempora obſeruant. Et Anacreōta Teiuni  
miſſa quinquaginta remorum nani in hanc vrbem acci-  
uit. Simoni dem præterea Chium apud ſe ſemper habuit,  
amplis muneribus inductū. Hac autem agebat omnia,  
ciues ſuos eō adducere volens, vt quam optime degenti-  
bus imperaret, ratus minime fas eſſe. ſapientiam cui-  
quam inuidere, quippe qui ipſe honestus ac bonus erat.  
Cum itaque ciues abunde eruditii eſſent, atque ſapien-  
tiæ eius admirarentur, ad agricolas conuertit animum  
& peregrinos erudiendos. igitur columnas in ſingulis  
vrbis triujs & in unaquaque tribu erexit: & ex ea  
ſapientia, quam partim didicerat, partim ipſe inuenie-  
rat, eliciens potiora, elegis incluſit. & iſtitutis ſapien-  
tiæ inscriptis: primum vt ciues haud amplius egregia  
illa mirarentur, Cognosce teipſum, Nihil nimis, & re-  
liqua huicmodi, Delphis inscripta: ſed Hipparchi  
præcepta veluti potiora uſciperent. Deinde haec atque  
illæ prætereunte, ac legendo illius ſapientiam deu-  
ſtantes, ex agris & ſyluis ad reliqua doctrinæ iſtituta-  
ta diſcenda pergerent. Erant autem epigramma duo:  
alterum in ſinistra parte vniuersiſque columnæ, in quo  
Mercurius lectorem (ſic enim iſcribebatur) monebat,  
quod in medio vrbis tribus ſtaret: alterum in dextra,  
ſic iſcriptum, Hipparchi hoc monumentum eſt. Mox  
præceptum additum, vt, Perge quæ iuſta ſunt curare.  
Cumq; in alijs columnis alia præclarā carmina iſcri-  
ta eſſent, multaq; in via Stiriacā tale erat: Monum-  
tum hoc Hipparchi, Ne amicum decipias. Quamobrem  
Hipparchi. ego te quidem amicum meum fallere nunquam auſim,  
& illi tanto viro repugnare. Quo vita functo, tres an-  
nos ſub fratre illius Hippia tyrrannide preſi Athenien-

ſes fuerunt. ipſe vero è maioribus natu omnibus, acce-  
pisti ſolum hoc triennum in hac vrbē tyrrannidem vi-  
guiffe: reliquis temporibus, eodem penē modo quo ſatur  
no regnante Atheniēſes vixerūt. Traditur aut ab ele-  
gantioribus viris, mortis eius cām extitiffi non eā que  
vulgo fertur, ſororis ſ. Canephoria contēptum: nā id cre-  
dere absurdum eſt. Sed cū Harmodius amaretur, doce-  
returq; ab Aristogitonē, magnū quiddā ſibi ex hac edis-  
catione ſperabat, fore nāq; Hipparchū aduersari ſuſpi-  
cabatur. Interim cōtigit vt Harmodius nobilē quedam,  
cuius nomē non ſatis teneo, amaret is primū Harmodius  
& Aristogitonē, veluti ſapientes admirabatur, poſtea  
familiaris factus Hipparcho, contēnere illos cœpit: unde  
illi indignati, Hipparchū interemerunt. H.I.P. Videris  
ergo, o Socrates, vel amicū me nō putare: vel ſi putas a-  
micū, Hipparcho minime credere. Nā ab te nō decipi  
differendo, persuaderi mihi nequit. s.o.c. Atqui volo  
perinde ac ſi talis ludamus, retractare quicquid libet, ne  
te deceptū existimes. Viſne illud i mutari quod diximus  
oēs hoīes bona appetere? H.I.P. Nolo. s.o.c. Quid vero il-  
lud, quod dānum, ac dāno affici, malū eſſe coceſsimus?  
H.I.P. Neg. id volo. s.o.c. Sed quid illud, quod lucrū atq;  
lucrari, & iſpi dāno, & ei quod eſt dānum pati contra-  
ria ſunt? H.I.P. Neg. iſtud quidē. s.o.c. At illud forſitā,  
quod lucrari, uipote malo cōtrariorum, bonum eſt. H.I.P.  
Ne retractes. s.o.c. Videtur igitur tibi, vt appetat, lu-  
crum aliquod bonū eſſe, aliquod vero malū? H.I.P. Mihi  
vero. s.o.c. Retracto itaq; tibi hoc. Eſt. n. lucrum aliud  
bonum, malū aliud, nihil tamen magis hoc, quām illud  
lucrum eſt, nōne? H.I.P. Quid interrogas? s.o.c. Dicā,  
cibus & bonus eſt, et malus. H.I.P. Eſt. s.o.c. Eſt' ne ma-  
gis cibus alter altero, an ſimiliter cibus utraq; eſt, neg.  
quā cibus alter ab altero diſſert, ſed quā hic quidem bo-  
nus, ille vero malus? H.I.P. Eſt' vt dicis. s.o.c. Nōnne  
& potus & reliqua omnia, quæcunque forme eiusdem  
ſunt, ita habent, vt partim bona, partim mala ſint,  
nihilq; inter ſe diſſerat in eo in quo eadem ſunt, quēadmo-  
dum hoīum quidem aliis bonus, malus aliis? H.I.P. Sic  
eſt. s.o.c. Ceterum neuter illorū, vt arbitror, magis aut  
minus hoī eſt quām alter, neg. bonus malo, neg. malus bo-  
nus. H.I.P. Vera dicis. s.o.c. Nōne de lucro ſimiliter iudi-  
cabitur? quod pariter lucrum tam bonū quām malum  
lucrum ſit? H.I.P. Necesse eſt. s.o.c. Niſi igitur magis lu-  
cratur, qui lucrum bonū conſequitur, quām qui malum:  
neg. horum alterutrū lucrum magis apparet, vt iam con-  
uenit. H.I.P. Profecto. s.o.c. Neutroq; aut magis, aut mi-  
nus adest? H.I.P. Neutro. s.o.c. Tali aut in re, cui neu-  
trum horū competit, ecquis pōt magis vel minus aliquid  
aut agere, aut et pati? H.I.P. Imposſibile eſt. s.o.c. Poſt-  
quam lucra aq; ſunt utraq; lucrū appellas, quidnā idē  
in utraq; aſſicis: veluti ſi merorges, quare cibū, ſeu bo-  
num, ſeu malū, cibum utriq; voce, reſpondeam uti-  
que quoniam uterque ſicca eſt corpora eſca, ideo utriq;  
cibum nomino, quod quidem & tu nobis conde-  
res, nōnne? H.I.P. Fateor. s.o.c. Et circa potum eadem  
rurſus reſpondendi ratio eſſet, quod humidum corporis  
alimentum, ſeu bonum, ſeu malum ſit, potum uoca-  
mus, & in alijs eodem modo. Enitere itaque me ſic re-  
ſpondentem imitari: quidnam in lucro bono & mala  
idem

Ex diuīſis  
colligit deſi-  
riotioneſ la-  
cri.